

tis quidam nostris etiam temporibus
 alias gemmas scalpunt, Agricola. A
 Siderite prædicto utroque differre vide ^{Siderites.}
 tur is cuius similiter lib. 37. cap. 10. me-
 minit Plinius, his verbis: Siderites fer-
 ro similis, & litigio illata discordias
 facit: quæque nascitur in Aethiopia Si-
 deropœcilos ex ea fit, variatibus gut-
 tis. Pyriten quoque (inquit Hermola-
 us Barbarus) sunt qui Sideriten voci-
 tent. Siderites denique alius, idem qui
 Basaltes videtur Agricolaë initio libri
 6. de nat. foss. vbi paruas quosdam la-
 pides, gemmis ferè adnumeratos, à ma-
 gnis quibusdam sola magnitudine dif-
 ferre scribit. ¶ Idæi dactyli in Creta
 ferreo colore pollicem humanum ex-
 primunt, Plinius. Basaltes ferrum co-
 lore & duritie æmulatur: vnde & no-
 men inuenit, vt Capite 1. ostendi. As-
 bestos in Arcadiæ montibus nascit,
 coloris ferrei, Plinius. Machæra la-
 pis ferro similis, proximo capite mox
 dicetur. Armatura quorundam la-

Mm 5